et tenaci memorie cōmendando reſumere. de uirtutibus ad
uirtutes ꝓfectu q̄tidiano aſſurgere. Inceruo qq; tria atten
dunt. natie pbabilia. qd ſcilicet ſerpentē deglutiens. potato
fonte. cū pilis uel corporis. omne uenenū deponit. qd acanth
agitatus. in denſiſſimis ſiluis. uia ſibi fugiendi cornib aperit.
qd in mutandis paſcuis facto agmine alt alti dorſo capite
impoſito. iuuēcē ꝓpt pond cornuū ſuſtentant. hec qq; fidelib
conuenit agere. et docere. ut q aliq peccati ueneno infect fue
rit. ad fontē miſericie xpi recurrat. cui pietatis et gracie
infuſione. poſſit a illo peccato. et ceteris animi uitiis carere.
Si amaligni ſpiritib ueluti quib dia canib. in ſiluis ſecularium
negociorū. q plena ſt peccatis et uitiis animo agitat. uiam
ſibi aufugiendi ea faciat. forti repulſione ſpi. ſiue abrenun
ciatis omnib humanōdi occupationib. ſoli dō uacare ſtudeat.
i contemplatiue uite amore. qd eſt etia cornib uia ſibi ſalutis
aperit. Cornu q ppe cū de carne naſcit. carne excedit. ille
qui cōtemplatiue uite inheret. quatenus in carne ſit. extra
carne tam mite ſubleuat. Infirmitates mox ſine corpore
ſtudeant mitte equanimiter tolerare. et officioſa ſibi obſequ
karitate. ſicut dic apls. alt alti onera portare. et ſic adim
plebitis legē xpi. Adurant q aſponſo filie iherlin. hoc ē
obligant animē pacē ſequi cupientes. ꝑ capreas ceruoſq;

Quatuor notabilia in natura cappe.

Tria in equo.

Adurare di è precepis suis obligare.

Capere corpus capere sentire scripturarum.

camporum. hoc ē ppcepta et documenta scarum scriptarum. siue pecepla
sororum patrum. ne suscitent neq; euigilare faciant dilectam. hoc ē ne
inquietent. apposito hui intime quietis dormicionis. donec ipsa
uelit. h est donec et aspiret ille ei intimo habitator. cui pamore
colligat. ut uelit primorum infirmitati mediu condescendere. et
eorum necessariis utilitatib pudere. hoc enim uelle mei cuncta
pudentis est dispositione. qei occultam inspiracionem manifestat.
quando sit utile et honestum contemplacioni inherere. qn primo
necessitatib pudere. loco tempore. Denq; hui aduracionis
talis est usus. qua estringunt filii obedientie. ut exhibeant plan
sius honestate reuerencie. qe scriptum est. obedite ppositis uris.
et subiacete eis. ipsi enim puigilant quasi racione reddituri panab
uris. Inde ē. qd n audent eos suscitare. quasi uicarios xpi offi
cio. sponsas u sce conuersacionis studio. ne pturbent eos. sicpel
lant eos aliqua sui impbitate. siue importunitate. abuim
quietis secreto auelli. et frequenci exterioribus occupari. Ipsi qq;
subiecti. hui aduracionis uerbi inter se mutuo suscipere debent.
ne pia fim studia iquietent. siue inlectione. siue moracione.
siue maliq spiuali officio. quadiu eos in hoc detinet diuinitatis
inspiracio. Verum hui contemplatorie dormicionis quiete dilecta
semp flagrans. gaudeat se confirmari et defendi tali aduratione
dilecti. et quasi iure n debeat inquietari securior facta. pclamat.

9 Vox dilecti mei. Vox inqit pdicte aduracionis. n est uox
alicui pphe. n legislatoris. n doctoris. quasi ex semetipso aliqd
annunciantis. uel docentis. s; poci ipsi dilecti. et pseipsiu et p
eos misteriorum et mandatorum suorum decreta constituentis. qm omis
diuina scriptura dilecti mei uox ē. spiu oris ei plata diuin
tatis ipsi digito i cordib nris descripta. Et ido hanc uocē non
parupendere debetis filie ierlim. ut me causa extinqe rerum
suscitetis. et frequenci euigilare cogatis. Na hec ē etia quedā
species uocis dilecti. uocis aduratiis. et quasi iudicialis. primu
querite regnu di. iusticiā ei. et hec omia adicientur uob. ut h
equu ee debeat. ipso dilecto dictante. quatenus do adherentib
necessari create consequi deseruiat usus. Docuit plane et co
firmauit. ppo ipse dilectus testimonio. quando hui mei coptare
studiu. tali extulit p como. o maria inquiens optima partem

Vox dilecti omis diuina scriptura.

Iudicialis.

elegit · que ñ auferet ab ea · Nempe et hec ē uox dilecti · ut merito
hoc mēe dormiciorū studiū ꝓponere debea omnū uigiliis negociōq;
S; q'd est qd ex hac uoce dilecti mei · hoc ē exsca ecclā scrptā audiui
et didici · qndo pmitis quietē mei contēplacione dormiui · Istud
numerū qd uobis nc o filie iherlm · de ipsi dilecti mei uirtute
narrabo · Ecce iste uenit saliens in montibus · transiliens 10
colles · Similis est dilectus meus capreę · aut hinnulo ceruorū
super montes bether · Ecce inquit iste uenit · Venire eius
dr ñ secdm diuinitatē · s; secdm humanitatē · Sue enī q secdm
diuinitatē incircūscriptus et illocalis ē · qm uenire diceret · 10
qui immobilis · ꝗ incomutabilis existens · sic sēp in se ipso unus
idēq; pmanet · ut nec loco mutet · nec aliq uarietate idiuisa
feratur · S; qeiens in corda scōrū uenire dr · h ñ secdm sui aliquā
mobilitatē · s; secdm illorū aptitudinē · quasi mn aut mgis
ei amori applicant · pnspiracionē suā uenire asserit · Secdm
humanitatē q uenit · eū passibilis ppt nos fact · patri uolunt
humanę cōsuetudinis localē translacionē · Hā ut uisibilis
fieret · de celo uenit · et humanā naturā assiupsit · mq passus · et
mortuus · resurrex · ꝗ celi ascendit · qd totū sunt mouerī · qsi
de uno ad aliud uenire · hoc itaq; m uenendi uenit dilectus
saliens in montib · qn in tēpore dispensacionis multis · magnificis
emicuit · saltib · isiblium uirtutū montib · Montes enī q dicā sūt
perpuę et eminentes uirtutes · mqb dilect iste salt fec · qndo
de uirtute in uirtutē quoscā pgressus fec · excels enī super
celos dns · ad tra humilis nascendo uenit · de q humilitatis
monte · i alū montē obedientię ascendit · fact ē enī obediens
dō patī usq; ad mortē · mortē autē crucis · quā suscipiendo in
montē patiencię saltū fec · de q postremo in montē glę con
scendit · ubi uictoriosę mortis triumphū resurgendo · ꝗ celi in
ascendendo collocauit · Iste q dilect uenit saliens in montibus
transiliens colles · qr q eqd sapiencię · ꝗ intellect · q eqd cōsilii et
fortitudinis · q eqd scientię et pietatis · q eqd diuini timoris ·
q eqd denq; alicui honestatis · iusticię et sctitatis · ee unquam
potuit uel potest · iusto dilecto · ueluti i capite · pomib eius · mbris ·
h est seis · q colles dicuntur · sublimi et pclari effulsit · Hoc ex
parte i libris euanglōrū aspicere q lib; intelligens potest ·

Ed sic uenire di.

qualiter iste dilectus saluerit in montib⁹. ꝗ ē in uirtutib⁹ uerbo
et exēplo. transiliens omnia sēcā exēpla et doctrina. suo fin
gl̄ari. ⁊ incōparabili opationis. ⁊ doctrine pdicatione. Exultauit
enim ut gigas ad currendā uiā. quia assumo celo egressio eius
et occursus eius usq; ad summū eius. vnde similis dicitur capre
aut hinnulo ceruorū. capree enim natale est. sēp ascens q̄rere.
Et cū sētis gratiarū distributio. diuisio tribuat̄ m. alii quidē sic.
alii u sic. soli unigenito ñ ad mensura dat d̄s spm. quia ipso
habitat omnis plenitudo diuinitatis corporalit. Sci enim in uirtutū studio
nē ascendit. nē ñ ascendit. q̄ in eōrū mētib⁹ grā illa quā habent.
nē opat̄. nē quiescit. quatenus hoc ens sit ad humilitatis custo
diā. qd ñ sēp in pmptu habent collatē uirtutis grām. Isti
aut dilecto ñ ad tēp. neq; pnt̄ualla. s; sine intermissione.
uirtutū constat grā. sic de eo scriptū est. q descendit sps
scs in eo lūbē spē. ⁊ mansit sup eū. hinnulo q̄q; ceruorū assimi
lat̄ ppt̄ uelocitatē. q sic hinnul⁹ ppt̄ uenustis corporis leui
tatem. multo uelocior ceruo ē. sic dilect⁹ iste quasi hinnulus
ceruorū. ꝗ est filius patriarcharū de quorū stirpe processit. longe
pstantior et agilior uirtutū efficacia. ⁊ uerborū sapientia est
ipsorū antiquorū patrū studiis. ⁊ doctrinis. Cū q̄ omis iste di
lect⁹ exhortando. ⁊ psiliendo ad uirtutū studia pnocet. qdā
aut ppossē suo sequant̄. qdā fragilitate obstante seq̄ se ppossē
desperent. ñ nulli peccatorū mole depssi ad ea resurgere
diffidant. aufert eis omnē occasionē diffidendi. dilecta.
pstendens dilecti hui pietatē in effabilē. omis ad sui grām
inuitat̄ mutuanē. Et subdit. Ecce ipse stat post parietē
nostrum. respiciens pfenestras. prospiciens pcancellos.

Vnus est paries gialis. peccati scilicet originalis. s; iste paries
in multos diffundit̄ parietes speciales. actualis peccati. Ex
originali nāq; peccato. quasi ex q̄dā massa. processerūt multa
et diuisa actualia peccata. q p quā poriginale peccatū pmi
homines lapsi sūt. gen infirmitatis hui. in posteros transfundi-
tur. unde ad peccata sēp ēē pniues. Verū iste gialis paries
destrui cepit ueniente pcarne di filio. cui sanguine tandē
submot̄ et dissipat̄ ē. quando soluens inimicitias int̄ deum
et hominē reconciliauit nos d̄o. ne possit reformari. q̄ridie de

Paries originalis peccati. in multa parietes actualis peccati.

structur in ecclia p gram baptismi. Specialis u paries in diuersis diuiso
constituit m. q i alio e uicium superbie. i alio auaricie. i isto luxu
rie. i illo impudicitie. i aliq inobedientie. in nullo impacien
cie. siue aliud qd eumq; uicii qd iuxta ipsi uicii qualitatem
e modi. ⁊ nimium fac qualecuq; parietem in homine et deum.
qq; uicii mai. uel crebri. siue numerosi e. in homine. eo grauius
⁊ immobilis pondus e in pariete. S. p istu parietem. siue qualem
peccati originalis. siue specialem actualis. stat dilectus iste. qua
parat e misericer suscipe. qeuq; aliq tali remoto pariete. i eo de
destruendo ppenitencia eis studuerunt reppriquare. Stare
qppe e adiuuantis. sedere iudicantis. Post parietem stat. q
dn ad nos p gram sua disponit uenire. obstante pariete pec
cati. quasi compellit stare. Primo naq; diu stetit ne uenire
ad amouendu illu parietem originalis peccati. ppter multa
actualia peccata. qb implicebat mundi prohibendo aduentu
ei. multis afflictionib ⁊ adusitatib. qb insequebat eos q
aduentu ei desiderabant ⁊ exspectabant. quemiente sciebant
hc parietem destruendu p sanguinem ipsi. ⁊ do se reconciliandos.
Stetit g hac de causa et uenire distulit. respiciens tm interim
p fenestras. p spiciens p cancellos. Qd enim erant fenestre i pariete.
nisi pphe. alii q; doctores legis diuine. quorum doctina et p dica
tione. quasi quosdam exitus respiciendi dis inuenire. p quos aliqd
gre siue lum pfunderet. qlumnatu et admonitu generis
humanu. desisteret retardare hui dilecti aduentu salutis
siue pfuturu. tante malicie quasi cuidam parietis mi posicione.
Cancelli u. id e anterior pars edificii. fuerit pcedentes antiqui
patres. in delice patriarche. ante lege xpm annunciantes. pqi longe
p uentur ex parte p spiciebat. signis ⁊ portentis. et qb dam racionu
documentis. admonendo ne impediret pariete malce suorum.
fuita tante salutis siue tempora. Tandiu g stetit post parietem.
nim. misericer p spiciendo ⁊ uobo. lege. signis atq; p digis con
sulendo. donec tandem primo afflictione suce crebro clamancii.
uenii die. ⁊ noli tardare. relaxa facinora plebis tue. compressis
omnium tirannorum motib. sub cesare augusto. ⁊ firmissima ueris
simaq; pace di ordinacione disposita. quasi concusso ia pariete
obstantis malicie. cepit desiderata diu facie dilectus iste nas

Specialis paries i diuersis diuerso modo.

Fenestre i pariete apti.

Cancelli antiqui patres.

cendo ostendere. atq; demceps p̃dicando. moriendo. resurgendo.
in celu ascendendo. sicq; ptotũ orbe euanglii suu legẽ spargendo.
diu oppositũ q̃tidie pgrãm baptismi destruere peccati origina
lis parietẽ. Porro fenestre & cancelli in pariete actualis peccati.
pq̃s q̃tidie pspicit dilectũ iste. sr euanglor et aplor cetor q;
scor patrũ documenta ⁊ exẽpla. ibi q̃dẽ fenestre. ubi scientie
& intelligencie lum cordib̃ nr̃is infundit. ut uidere possimus
qualit cuiq; peccati parietẽ int̃ nos ⁊ dm positũ amoueamus.
cancelli ũ eo loco. ubi exece scriptus. dm ad nos respicientẽ. p
contẽplacionis iurtutẽ. ex parte cognoscim̃. ⁊ ex parte ppham̃.
ut diu fuit utre glam uel penã attendim̃. peccati parietẽ adeo
nos separantẽ. q̃tidie destruere laborem̃. Amplius. Venie
ns incarne di filius. stetit p̃ parietẽ mortalitatis nre. pspicie
ns ad nos pfenestras ⁊ cancellos diuinitatis sue. qn̄ et ds clari
t. ex miraculorũ potencia. ⁊ tam latuit ex humane passibili
tatis natura. Qn enim pfenestras et cancellos pspicit. nec totus
uidet. nec tot̃ n̄ uidetur. Sic enim ⁊ redeptor nr̃ incarne
uenienis. dm se ex miraculis ostendit. ex passionib̃ ũ occultauit.
Post parietẽ q̃ humane passibilitatis stetit. q ex humanitate
occultus int̃ homines. n̄ ut ds uenit. pfenestras ũ ⁊ cancellos
pspex. quia miseracione diuina toti generi humano. penitentie
salutis dona dictauit. Et q dilectã quã int̃ misericordie sue intimu
attraxit. foris q̃q; p̃dicationis uerbo instruxerit. eade subdendo
manifestat. Et dilectus mis loquitur in. Surge ppera
amica. columba mea. formosa mea et ueni. iam enim
hiems transiit. imber abiit et recessit. flores apparuerũt
in tr̃a nostra. temp̃ putacionis aduenit. Vox turturis au
dita est in tr̃a nr̃a. ficus protulit grossos suos. uinee flore
tes odorem dederunt. Locutio ista dilecti. triplicit distin
guit̃. pulchritudine. ⁊ ordine. appellacionis. adhortacionis.
et causẽ. Appellacionis q̃dẽ. diu dic̃. amica mea. colũba mea.
formosa mea. adhortacionis ũ. diu dic̃. surge. ppera. ueni.
causẽ. diu dic̃. ia enim hiems transiit. ymber abiit et reces
sit. flores apparuerũt. temp̃ putacionis aduenit. Pulchri
tudo q̃ppe appellacionis ẽ. dicere amicã. columbam.
formosam. pulchritudo adhortacionis. surge. ppera.

Q'd fenestre ⁊ cancelli in pariete actualis peccati.

Distinctio triplex locutionis dilecti. pulchritudine ⁊ ordine.

uenu· pulchritudo cause· hiemē ⁊ umbrē recessisse· flores apparere·
tēp̄ putacionis ad cē· uocē turturis audita esse· ficus pro
tulisse grossos suos· uinee florentes odorē dedisse· Ordo ū nisine
cōsideratione disponit in hac appellatione· adhortacione & causa·
in appellacione q̄dē· diu primo die· amica· deinde coliba· postre
mo formosam· in adhortacione ū primo· surge· deinde ppa· postremo
uenu· porro i causa· primo loco· hiemps transiit· secō· ymb recessit·
flores apparuerē· q̄rto· tempus putacionis aduenit· Causa nāq; ad
hortacionis huius· qua monet dilecta· surgere· ppare· uenire· fu
hiemis· ⁊ umbris· recessis· florū apparicio ⁊ tēp̄ putacionis· uox
turturis ⁊ sic pferentes grossos suos· uinee q; florentes· S; uidēdū
unde locutio ista pcedat· Supra dixerat uox dilecti mei· quam
uocē scripturā scām dicim· tota enī diuina pagina· uox dei est·
pquā audit legendo dilecta dilecta salt· induti pariete mortali
tatis nrē· & loquentis ad se pfenestras et cancellos miraculorum·
⁊ doctrinarū· Nā quociens scripturas scas audim· uel legim· deus
ad nos· ut nobiscū loqt· hoc g m loquentē ad se dilectū· dilecta
idē ecclā· siue quelibet fidelis anima aduertit· quando diuine
dispensacionis ordinē· sacramentōq; religionē· pceptōq; diuinorū
utilitatē· audit· legit· intellegit· Verū ipse dilect· uelutī de
salute dilectē solliciti· in huiusmodi locutione assumit sibi offi
ciū boni oratoris· ut audientē trib attrahat modis· h est· ut faci
at attentā· docilē· benuolā· Nā diu nisemel s; t inclamitat·
dicens· surge· ppa· uenu· acsi dicat· ñ segnit s; celeriū ⁊ studiose
te offer· uelutī aliq̄d raru ⁊ insolitū audita· attentā fac· cū ū
uocabulo dilectionis ⁊ grē frequenti appellat dicens· amica
mea· coliba mea· formosa mea· benuola reddit· ut maiorem
pariat uoluntatē ppandi ⁊ audiendi· porro causam hui ad
uocationis cū docet distincte pnumerū dicendo· ia enī hiems
transiit· ymb abiit et recessit· flores apparuerī· tēp̄ putaciōis
aduenit· uox turtis audita ē in tra nra· ficus protulit grossos
suos· uinee florentes odorē dederī· docilē facit· ut agnoscat
tēp̄ magne salutis ⁊ gr̄e· qd debeat cū magna ueneracione
& gaudio suscipe· Et h est magne pietatis indicū· q̄ ad nos
frequenti intendit dilect· iste· pfenestras ⁊ cancellos infinite
clēntie sue· stans p pariete malorū nrōr· quasi nube ne

Ordo locutionis huius.

Tercio.

Quarto. vox turturis audita ē in tra.

Sexto. fic protulit g. s.

Septimo. uinee f. odorē dederī.

Officiū boni oratoris. audi torē trib attrahe modis. h ē facere attentū. docilē. benuolum.

transeat oracio oppositam · loquens quotidie et admonens · quatenus
istum parietem uel hanc nubem · ariete uirtutum · afflatu sui spiritus dissipem.
Qd g loqt dilectus dilecte · Surge inqt, ppa amica mea · columba mea
formosa mea & ueni · Surge · pfide, ppa pspe · ueni pkaritatem.
Siue surge p intencionem, ppa popicionem · ueni pcontemplacionem.
hec enim tocius tui cultus · religionis pfectio · credere · sperare · dilig
gere. Nam reliqua tria · uidelicet intencio · opacio · contemplacio · ex
his constituunt. Si enim recte credis · recte qq; ad bona agenda in
tendis · oportuit ut ppt spem primum consequendi · subtilius autem contemplaris
q magis addis pkaritatem subleuaris · Et si facere potis · si amica
fueris · si est · si abiecto errore infidelitatis · in pfide receptaris.
Si columba fueris · si est si simplicitatem uixeris · si nemini leseris · tuis
tantum contenta fueris · spe future remuneracionis · uel si fragilitate
aliqua compellente · de arca · si est de cecela · male agendo exeris
in mseto remaneas · si; citius reuitaris · ferens ramum oliue in ore.
hoc est spem habens misericordie · pcessionem · modum penitencie.
Si formosa fueris · si est si dilectione dei sola feruens · omnes
mundi curas · uel si qua pulchritudinem mitis tue inficere
possunt · p posueris · ut in ipsiente lue oculos · si; formosam
pulchra rachel facie habens · in illa supne beatitudinis
maiestatem · que dis est · purgato mitis oculo intendere possis.
Cur autem ad hec tantope te muto · Quia frigus infidelitatis
et tempestas cecitatis · ignorancie · que tota mundi obduxe
rat facie · recesserunt · et flores apparuerunt · ide mera bonorum
opum iam pullulare ceperunt · tempus putacionis aduenit.
si est esiliu · regla · uicia et peccata amputandi tempore
gre ia habet. Vox qq; turturis audita est · id est soni pdica
tionis · ex qua resonant esilia · pcepta · exempla · castitatis
solitarie conuersacionis · supne speculacionis · et penitencie.
que omnia expimit turtur castus · gemebundus amator solitudinis · mdificans in excelsis · ipso nag; principio
euanglice uocis · clamat turtur uerbis · moribus · siue ipse dis
ihe xpe · uirginitatis filius · siue ipsa eius genitrix beata uirgo
maria · siue pcursor ipsius beatus iohes baptista · denique ipse
dis de uirgine natus castitatis est premunitus · solitudinem
consecrat in deserto ducit · contemplacionis moner studenti

in monte orans· ad penitenciam hortat· quasi gemebunda uoce
pelamans· penitenciam agite· appropinquabit enim regnum celorum·
beata qq; dicentur· singlare est speculum castitatis· q solitaria·
et diuina contemplacione posita· ab angelo salutat· & xpi mater
futura predicet· moxq; dum ne ami aduersionis sentencia peniten
cia mutata denunciat· cui misericordia ei impgenes & pgenes
futura pelamat· Sed u iohes baptista· castitatis filius· mente
& corpore uirgo· q magis fuit ab hominib remot· tanto magis
deo p contemplacione extitit primum· fuit enim in deserto predicans
baptismum penitencie· & pelamans gemebunda turturis uoce·
facite fructus dignos penitencie· ficus qq; prulit grossos
suos· hi e uida hactenus sterilis· carnales cepit intelligere cere
monias· & corde credendo ad iusticiam· ore aut & fitendo ad
salutem· qd carnalit sapiebat· hi a spualit sapit· et fide atq;
ope· ostendere gestit· Vinee etiam florentes odorem dederunt· quia
gentes audito uerbo fidei· iam incepiunt boni opis ubiq; spar
gere odorem· Non g ordo locutionis hui· sine racione attendit·
inquiunt ista· fides· spes· karitas· siue alia tria· intencio· opa
cio· contemplacio & fidant· cum ista horum sit & sequencia· ut qui
credit· speret & diligat· & nemo spare & diligere possit· nisi
q crediderit· nemo etiam opat· ni pri intendat· qd· et quomodo·
& quando· & quare· opetur· subtilitate u contemplandi nemo
& seq possit· ni ad hanc bonae opu sublimitate profecerit.

Non autem erit ut credimus inepti· notare septenu causae nun
ut ostendamus· ipsius causae effectu· septiformis spis· sep fuisse digna
cione et beneplacitu· Nam hiemis idem infidelitatis transicio· Septenu
ymbris idem psecutionis recessio· flos idem bonae opu appartio·
uiciae amputacio· turturis idem euanglii pelamacio· grossae causae nume
ficu placio· idem legalium obseruacionum· inuentiate misteriorum
reuelacio· uinearu· idem geneum ad fidem & uersaru suauiter rum.
redolens opacio· qd sunt ni septiformis spis· beneplacitum
et dignacio· Causas enim huimodi & qd ex his efficiebatur
siue efficientes causis· hi est· credere· spare· diligere· opabatur
ab initio & adhuc opat quidem spis di· quia omis infidelitatis
& malicie remotio· fidi q; et salutis collatio· & stant ipsius
dono· q omnem misericordiam· equitatis· honestatis· & utilitatis·

puidet · cōponit et ordinat statum · Vnde hic sponsus cū loquitur
sponse · vox turturis audita ē · subdit intra nra · ut uidelicet in
sinuet · nullū effectū sacramētorū · nullā spē salutis ēe extra catholicā
ecclām · s; omnē euanglicē pdicationis uocē · inobseruacione pcep
torū · in ordine · reuerencia sacramētorū · in fia scām ecclām tenēdā
inqua dat et accipit ipse spūs sēs · In principio enī ut scriptū est ·
tra erat inanis et uacua · q antequā mens humana spū fecūdaret
diuino · nullo uirtutū flore uel germine cōponebat ·
S; pquā spūs dī ferebat sup aquas · hoc ē supfluentia et instabilia
hominū corda · tū demū lux ueritatis · fruct iustitie ptotum
effundit mundū · ut tra illa pmo inanis & uacua dī fieret
ecclā · inqua ipse pgrān suā inhabitaret · suā faceret terram
iā florentē et fructificantē · qddā uitale et racionabile ho
nestatis · disciplinę quasi hominis speciē pferentē · pgraciā
inhabitantē · Igit cū pprie salutis dilectus dilectā fecerit sollici
tam · primoq; qq; salutis neglegentē ñ ēe ammonet · ut hanc
uerā ēe insinuet karitatē · q tta primis sic et sibi studio pie
tatis puidet · quatenū merito · amica · columba · formosa · grē
uocantis · iustificantis appellatione honoret · Sequit enim
dilect · repetito supiori appellacionis numero · Surge
13 amica mea · speciosa mea · et uem · columba mea in fora
minibus petrę in cauerna macherię · Ostende mihi
faciem tuā · sonet uox tua in auribus meis · Vox enī tua dulcis ·
et facies tua decora · Quia inqit ad hoc mea grā pfecisti ·
ut tuimet curā gerere pos sis · mundū contēpnendo · et
meę dilectioni pcōtemplatiuę utę studū inherendo · debes
qq; uitādū pactiuę utę laborē primis pdesse · ūbo · ex emplo ·
quia cū te talē effecerim · ut habeas graciā docendi · opandi
ñ sine tuo piculo · de infosso reddes racionē talento · S; surge
ad laborē istū aliquando · de illo quietis tuę dulcissimo
somno · pcausa finę necessitatis · ppa docendo · ab hui
mundi amore primos retrahendo · ut ipsos qq; tecū in
illud solitariū quietis tuę deducas domicilū · hoc autem
facies uelut amica mea pfide · speciosa mea popationem ·
colūba mea · pspūs sēi infusionē · Et q te colūbe cōparau ·
colūba aut refugia sua hīt · in foraminib petrę i cauerna

macherie · que nã tua q̃q; erunt refugia · in quib̃ omnẽ salutis tue
spẽ ⁊ fiduciam · ut ab hui mundi multimoda tẽptacione confugiãs.
Hinurũ in foraminib̃ petre de qua scriptũ est · pet̃ aut̃ erat xp̃e ·
foramina eiũ ista sũt passionis mee uulnera · que sũt omnũ xp̃iano
quasi quedã in cunctis aduersitatib̃ refugia · Quinq; eiũ mea
uulnera · sũt q̃nq; tuorũ sensuũ tuta refugia · ut cũ hoc numẽo
signũ passionis mee p̃tenderis · in omnũ sensuũ tuoq; ĩtegritate ·
secura p̃sistere possis · hec nãq; integritas sensuũ necessaria t̃
erit docenti ⁊ opanti · q̃ si ea que doces · t̃ oparis in nomine meo ·
cũ honestate ⁊ utilitate · racionabilit̃ · ordinate · ⁊ moderate
p̃tuleris · audientiũ siue inspicientiũ animos · magis attĩere
ualebis · Pleriq; eiũ honestũ genĩ causẽ · si indigne p̃fertur ·
offendit · sic q̃ humile genĩ causẽ · int̃dũ si racionabilit̃ p̃fertur ·
part̃ honestatis optinebit · In passione q̃ mea · amica · speciosa ·
coliuba effecta es · q̃ ad hoc animã meã p̃te posui · sanguinem
fudi · ut te in exhiberem sponsam · glosã ñ habentẽ maculã · neq; rugam ·
Nam cũ fęda esses · p̃te ipsam · p̃te ipsã ñ sufficisti · neq; tota p̃te
sufficere potuit creatura · mea ũ passio · cui tot̃ ñ adeqũ mund̃
p̃te satisfecit d̃o · ut inde reconciliata · mq; conuincta · dicaris
amica · speciosa · coliuba · Siue foramina petre sũt quatuor euangelia ·
in q̃b̃ mea p̃spicuit̃ gesta et dicta · siue etiã uirtutũ studia · uide
licet humilitatis · patientie · obedientie · oracionũ · uigiliarum ·
lectionũ sacrarũ · cetarũq; que sũt · quasi q̃dã adit̃ ad me ueniendi
et regna celoq; intrandi · de q̃b̃ omnib̃ primus p̃dicare debes et
ostendere · q̃ sine his salutẽ ⁊ seq̃ ñ possit · Coliuba mea ĩ foraminib̃
petre · ĩ cauerna macherie · Xp̃e petra · xp̃e ⁊ macheria · Macheria
quidẽ ante passionẽ · q̃ adhuc ex humana infirmitate fragilis
⁊ passibilis erat · p̃ resurrectionẽ ũ petra · quando deposita omni
corruptione · impassibilis ex firmitate glorificati corporis facta
est · Columba ũ in foraminib̃ petre · in cauerna macherie · dilecta
ee debet · quia cũ multa uirtutũ opacionũ ⁊ doctrinarũ isignia ·
que ex fortitudine diuinitatis erant in xp̃o · ⁊ fidãt · specialit̃
tam̃ debet ⁊ fidare · illud karitatis insigne q̃d in sua exhibuit
carne · quã p̃ ei morti tradidit salute · Nam magne h̃ dilectionis
erga hominẽ ostendit indicũ · cũ peo redimendo ñ aliud quam
seipsũ uoluit offerre p̃ eiũ · Cauerna q̃ macherie · karitas ex p̃i

in carne morientis · in qua indelie karitate · ecclia quidē qualit.
specialit ū queuis sca anima colliba ē · qp karitate inuenit
locū manendi ī xpo · ubi spualit bonoꝝ opū pullos nutriat
et antiqui serpentis insidias effugiat · Scriptū ē enim · quia ds
karitas ē · ⁊ qui manet ī karitate · in dō manet · et ds in eo ·
Colliba q; ē in foraminib petre · in cauerna macherie · Colliba
autē p cantu gemitū habet · Et gemere debet anima fidelis ·
quando recolit passionē redeptoris · ppendens qd pea deus
fecerit · quando ille q peccatū n fec · nec inuent ē dolus in ore
eī · ppeccatorib mori uoluit · ⁊ qd homo debuit · ds ho exsoluit ·
bemat q; plius excessib · in foraminib petre · ⁊ ca in macherie · qꝝ aduocatū habet apd patrē ihm xpm iustū · et ipse ē
ppiciatio ppeccatis eī · q quotidie salutē confert omī penitēti ·
passionis suē sacramēto · ⁊ singlari karitatis hui exemplo ·
Quotidie nāq; nob redeptor nr sua renouat foramina ·
hi ē passionis signa ī corporis · ⁊ sanguinis sui immolacione ·
et cauna in qua pregam ab hostiū insidiis ostendit uitante
karitatis assignacione · Potest etiā macheria accipi doctrina
aplōꝝ · siue aplicoꝝ uirōꝝ · qꝝ sic macheria ex multis ēstruit
lapidib · ita doctina scōꝝ ex plurimis uirtutū ēstruit documentis ·
In qua ē cinq; fideli anime · cauerna · id ē uite custodia · qua
exeꝝ dictis · ⁊ scriptis discit · qualit peccata fugiendo · et
bonorū opū pullos nutriendo · maligneꝝ spuū insidias effu
gere possit · Monet q dilecta quiete cōtēplacionis mundum
relinquere · ꝗ adactiue uite laborē causa primorū exire · ut qd
ipsa p quiete ex diuinis p̄ceptis · ⁊ sōꝝ exemplis didicit · hi primoꝝ
mundi p̄dicando inferat · ⁊ sic ipsa voꝝ suauitate p cōtēplacionis
assiduitate affecta ē · ita q; primoꝝ animos ipsoꝝ desiderio
puritate p̄dictionis afficiat · Vnde et dilect ea amonēdo
subdit · Ostende m faciē tua · Que ē enim facies dilecte · nisi ex
cōsortio dilecti · quedā refulgens imago sēitatis · Nam quanto
diuine cōtēplacioni q̄sq; sedul inheret · tanto pulchrior ex sēita
tis iubare facies mentis resplendet · Hinc ē qd moysēs in monte
cū dno quadraginta dieb iusit · splendida facie scribit pti
lisse · ex sorcio sermonis dni · Qui enim in monte supne con
tēplacionis cōmorat fuerit · ab ipso spū dī · cū quo unū fit ·

quandā sēcīatis faciē pduerīt. Vnde aplis. Reuelata mq̄t facie
glīn dīi speculantes. in eandē imaginē transformamur. a clari
tate in clarītatē. tq̄ a dīi spu. Cui q̄ spū dī agunt. ab ipso spū
transformantur in imaginē xpi secūdm interiorē hominē. a cla
ritate in clarītatē. ut qui aliq̄d clarītatis exeo in faciē interioris
hominis traxerīt. qua eū lucidē agnoscant. quanto plus ei
appīnquant. cōtēplatoria karitate. tanto pl̄ clarītatis
sibi exeo trahant. pqua eū semp clarē ueri agnoscant.
Vnde et ezechiel cū scōr̄ animaliū uisionē deseribere
dix̄. Similitudo hominis mei. Quicq̄d enī iustitie et
mansuetudinis. q̄cq̄d modestie. humilitatis. q̄cq̄d pacī
entie et pietatis. q̄cq̄d postremo unquā sēcīatis habere
potuerīt vt possīnt. electi dī. ab illo singlāri homine dno
ihu xpo traxerīt. et ab illa pīncipali sēcīatis facie illustrātā
ipsi q̄; quandā suo m̄ sēcīatis faciē concepīnt. Tale inq̄t
dilect̄ faciē tuā a mea gīa spūalīt deductā. o dilecta osten
de m̄. hi ē ad laudē mei nominis in publicū pcede pulch̄
actionis et sermonis specie. ut pximi tui uidentes opera
tua glificent patrē tuū qui in celis ē. ipsi q; ex recte cōpo
sito actionis et sermonis tui uultu. siue q; mītis. intencionis
uultū eōponant. Sonet uox tua in aurib̄ meis. Tē in aurib̄
dīi uox pdicātis sonat. quando uoci mēs concordat.
ut qd foris ad aures hominū puocē sonat. hi indi auribus
pfidē loquīt̄. Et pulchre cū pmisisset. ostende m̄ faciem
tuā. subdīt. sonet uox tua in aurib̄ meis. ut ostendat
qi corde credīt̄ ad iustīciā. ore aut̄ fessio fit ad salutem.
per faciē enī noticia fidi. puocē ū sonī pdicationis expmīt̄.
Amplius. Ostende inq̄t m̄ faciē tuā. sonet uox tua in au
rib̄ meis. hi ē tali intencione. ex illo anglico scē solitudīn
tuē dormitorio. in publicū pcede. actione. pdicatione.
ut me solū conscientie tuē testē admittas. n̄ ut humanī
te exponas fauorib̄. s; ut meis tantū placeas. spectibus.
Vox enī tua dulcis. faciēs tua decora. Idō enī pcedere
debes. qi h̄ in pulchritudine morū. sermonū tuorum
dulcedine pximi tui attendere possīt. unde et suorum
morum prauitatē corrigant. recte fidi integritatē capiant.

PUERVO q; autē et ipsa multus habitū ostensio · uox quedam
mētis ē · ut q̄dā dic · sepe tacens uocē uerba q; multū habet.
Vnde de illa que tristiciā mētis multū diuisitare prendebat · post
ablatū sterilitatis opprobriū · scribit · q multū ei nō fit amplius
mdiuisa mutatū · Diuisitas q̄ppe multū diuisitatē animi osten
debat · s; ablata causa diuisitatis huī · rectū et cōpositū animū
rectū q; · cōpositū loquebat multū · S; hec uox honestatis in ex
terioris hominis multu · habitu cōstituite · te indi auribus
sonat · quando hanc, psola ętīnę uitę glā, pmerenda immu
tabilit seruat · Vox inq̄t tua dulcis · facies tua decora · Vox
inq̄t tua que uitī pres animi ē · uel moribū t lingua loq̄t.
pdicat enī et docet · siue bene agendo · siue bene loquendo.
hec inq̄t uox q ē dulcis · sonet in auribū meis · q ualde mihi
placet illa uita · que agit · docet bona · h in se dilectione
dī · pximū agente · ut · dō placeat · pximū ędificet · t facies
tua decora · q h ex intencione uel fide tua · que uitī q; mihi
soli cognita est, pficit · ut qd agis uel dicis · dignū sit laude
mee appbacionis · hac g̃ specie · pulchritudine tua · tende
psp · pcede et regna · ut q talī in uirtutū dote cōiungeris
sponsi tui q̄ rex est · nō in cōgrue regina dicaris · cū me regente
instruente · te ipsam racionabilit regere · alius regimen
animarū noueris impendere · S; q hanc suauitatē et pulchri
tudinē recte fidi · recte pdicationis · plerū q; heretici pusi
doctina deprauant · ut simplicū corda pueritant · uox dilecti
facit apostrophā ad ipsos fidi et pdicationis huī magistros · cū

14 Capite nobis uulpes parulas · que demoliuntur · subdit.
uineas · Nam uinea nostra floruit. Vlpes sūt heretici · ppter
dolositatē et astuciā qua decipiunt incautos argumentis ubq.
qui semp quert latebras inq̄b doceant ea que puerse sencunt
facientes seorsū · uerticula · ne ex prauitatē scā et catholica
deprehendat ecclā · Dicunt autē uulpes parulę · siue ppter
ipsorū hereticorū ficta humilitatē · siue ppt argutissime exqsi
tarū sentenciarū subtilitatē · q̄b maxime mentes demuran
cū · s; min intellegencū · prauis suis cogunt fauere doctrī.
Capite inq̄t nobis · Tē enī heretici dō capiunt · quando a
catholicis doctoribū · prectę racionis assercionē · q̄ nullis

argumentis destruere possit. dum una pcurrente grā. ad matris
sue sce ecclē sinū deq errando recesserant. reducunt. ⁊ fidē
quā prius impugnabant. uerb. ⁊ exēplis ⁊ firmant. Lapite inqt
nos uulpes parunlas. Ac si alius ubis dicat. Subtiles ⁊ callidos
recte fidi corruptores. ppis ⁊ uncite sententeus ⁊ pbabili raci
one. quā ñ possunt omino refellere. in mre partis cōpellite
transire contubniū. Comphendā enī sapientes i astucia sua
pdāq; sapienciā sapientiū ⁊ prudenciā prudenciū rephabo.
ut cū racionē recte uuuendi siue docendi agnouerunt. sua
eis sapientia displiceat. ⁊ qd pēā prius astruere nitebantur.
agnita uertate destruant. atq; cū meis fidelib unū fiant.
Vinea enī nra floruit. h ē. uel ecclā unuūsalis. t particularis.
vt aliqs fidelis iduiduus ⁊ singlaris intiū recte uuuendi
uel credendi arripuit. ⁊ ido remouendi ut capiendi sunt.
siq uit eos ñ recte uuuentes uel credentes suireceruit. ne
tenerā fidē. siue pullulancia pietatis opa. ⁊ prauo dogmate
ac prauis exēplis suffocent. Neq; absurdū ē ut credim. si unū
quāq. fidelē animā. uineā dni dicim. sic unuūsale uel par
ticulare ecclām. ppt ⁊ simile uirtutū ppagnē. ⁊ unū spuale
qd letificat cor hominis. que uno q; iduiduo fideli possit
exibare. pgrām spis sci. sic ⁊ unuūsali uel particulari ecclā.
Debet enī unqsq; cultro spualis exercitū. sarnitta uiciorū
pcidere. trā cordis siu. sarculo intime ⁊ sidationis eūtere.
et siqd tenū uel sordidū cogitacione vt ope admisit. radici
cordis inmemoria habendo circūponere. crebrisq; lacrimarū
fontib pentendo irrigare. omne bonū ppositi siu intencionē.
ad xpm. q ē lignū uite. ne itm ad terrena defluat alliga
re. atq; uiei sep adiutorio et sustentacione spare. siue i ligno
crucis xpi herere. mortificationē ei incorpore suo circū
ferendo. taliq; m spis sci grā. mens assidue culta. ac cuirita.
semp fructuosior fiat. dicat q; uirta ppham. uinea sorech.
qd electā et pulchrā sonat. Vnde dni in euanglo sententia
est. de uinea sterili. et de uinea fructū faciente. ubi se uite
ac discipulos palmites. patre ū agricolā uocat. Omne inquit
palmite mme ñ ferente fructū. tollet eū pat. t omne
q fert fructū purgabit eū. ut fructū plus afferat. Si q

saluator uitis est et nos palmites. Et ds pat agricola. quia diu
pceptis di seruam. semp excolim. et cultura nra purgacio est.
ut fructu plus afferam. Non enim est uolentis. neq; cuirentis.
sed miserentis di. cui adutorio semp indigem. ut ad fine boni
ppositi peruenianius. Dilectus meus michi et ego illi.
qui pascitur inter lilia donec aspiret dies. et inclinentur umbre. Nos simili m. neq; pari racione con
stituit dilectio diuina et humana. que quiauis equiuoce
dicat. diffinicionis tam racione ualde diuisa est. dii uti
huiusmodi affectionis carnis. ipsis. nulla prius sit comparacio.
Habet enim dilectio diuina. semp qdam relatiuum. porro di
lectio humana. nisi sep. et plerumq; diligens ni diligit. nec
est eadem utrimq; sequencia. Consequit enim. ut homo diligens
dm. diligat ado. dii nisi sit aliud dm diligere. quia iuste et
pie uiuere. sit q; sequens. ut iustos et pios ds iust et pius
diligat. quando talis affectio. ex ipsi gre pueniat dono.
Non aut sequit. ut homo diligens. semp abhomine diligat.
et licet plerumq; nitam sep istud relatiuum carnalis affectio
opat. Semp aut hoc opat diuinitatis affectio. iuxta salua
toris sentenciam qdicit. Qui diligit me diliget a patre meo
et ego diligam eum. et manifestabo ei me ipsum. Ha hui dilectionis
relatiuum conuitit. ut et diligit diligit. et et diligit diligat.
hoc opante in electorum cordibus pcedente gra. ut ardeant dilec
tione diuina. q ipsum noq; sua diligit dona. Vnde hic dilecta
loquit de dilecto. Dilectus mis m. et ego illi; ppium est enim rela
tiuorum ad inuicem dici. Qd enim pdicat de dilecto. e uerso
pdicat de dilecta. Ha dilect alicui dilect est. dilecta ali
cui dilecta. Fit ergo hi m ista relacio. ut dicat. dilectus
dilecte. dilect. dilecta. dilecti dilecta. dicit q dilect mis
m. et ego illi. ac si dicat. Quia hi m dilect sua stulit gracia.
ut ei placeam recta fide et opatione. ideireo m dilect e. et q
eum m liberum dederit arbitrium. uocanti gre obedio. pceptis
eius seruando. ido sum ei dilecta. Nisi enim me diligeret ex mi
sedia. ego eum diligere nipossem ex gra. ni eum diligere posse
ex gra. ipse me nidiligeret ex misedia. Siqde qeqd boni
m adiacet uelle. posse. agere. pficere. totum ex ei habeo

munere · Qui pascit inter lilia · fece causa cur ei sim dilecta · Pascit enim idem delectat candore · hi est mundicia · castitate mentis et corporis · et suauissimo odore uirtutum · que cum pgratiam suam ex meo respirant amore · idcō me dignata sua fec dilectione · Donec aspiret dies et inclinentur umbre · hi est donec die illo uero et eternali fruite beatitudinis clarescente · et nui mundane miserie et tribulacionis nocte recedente · cui erit ds omnia in omnib' plena et pfecta et incomutabile sue uisionis · in dabit remuneracione · ubi ipse in me suae pulchritudine donae · et ego ieo etna corporis et anime i corruptione pascam · Quia uero hec mutua qua posum dilectio · sep uenit cuiq; patri et filio · hi pprium est eae q dicunt ad aliqd · ut hi ipsum qd sunt aliae dicant · uel qm libet aliqd ad aliud · Quicqd enim in nata relacionis agnoscit · id cum alio necesse e considerentur · Nam cum dr pat · necesse est · ut sit filius · cui pat dicat · eodem q; in p visione dicendum de filio · Si q sci · filium fr di · pdilectionem et mandatae ei obseruationem · necesse e · ut ipse ds pat eorum dicat · pgratiam · podicione · et pgubnationem · et e uso · si deus pat · ipsi filium · Vnde et hic n absurdum e dicere · dilect mis in patrem · et ego illum in filium · uel filia · Hic enim ipse ds qdam loco de suis · ego ero illis in patrem · et ipsi erunt in mihi in filios et filias · Siue alio m dicam · ppe et simile uidet habere sensum relacionis · ut cum dr · dilect mis in · subaudiat adiutor · et rector est · et ego illi subaudiat obediens sum · hec q; sibi in uicem conferunt · ut qm in adiutor et rector est · idcō illi obediens sim · et qui illi obediens sum · ille in suum adiutorium impendat · Qui pascit inter lilia · qe delectat candore uirtutum · et mundicia cogitacionum et operum · sic dic qdam loco · et ego mundis inter sum cogitacionib' · et sic scriptum e · beati mundo corde · qm ipsi dm uidebit · tandiu gre sue in me opat pfectum · donec dies intelligencie et scientie spualis elucescat · fugato caligine ignorancie · uel carnalis intelligencie · Quo enim magis mens do uirtutum pfectib' iungitur · eo altior in diuine contemplacionis subtilitate eleuat · Siue donec dies hi est lux et splendor bonorum operum · q in mea mente pdiuine gre in habitacione effulsit · ad aliorum corda ubo et exemplo resplende

at. & ab eis omnem prauitatis ⁊ malicie umbram siue noctem
remouear. fructus enim lucis est in omni bonitate. et iustitia.
16 Reuertere dilecte mi. similis esto capree aut hinnulo ceruorum sup montes bethel. Dum pasceret
dilectus inter lilia candentis. & uirtutibus redolentis anime
tantum ipsam animam karitatis sue dulcedine refecit. ut
terrena despiciens. tota in celestib' suspenderet. nec tam sicut
est in ceu scriptam diuinitatem comprehendere posset. Vnde
cum omnem sensum excedentem. ⁊ quasi quandam fugientem dilectum
prosequi toto nitis conatu. q in comprehensibilis ⁊ ineffabilis est.
tam immense claritatis uibare repetitur. nec ultra eum prosequendum
estimat. quem nullorum comprehendi posse considerat. hinc enim
de seis animalib' scriptum est. quia cum fierent uox sup firmamentum
stabant. et submittebant alas suas. firmamentum quippe
nomine supne uirtutes designant. q alus angelorum cetibus
de celo cadentib'. ipse in amore di firmiter persterit. Vox uero
mente. est quedam sonus intelligencie. Sed uox alia fit sub firmamento.
alia de firmamento. atq; alia sup firmamentum. Seis quippe mentib'
de terrenis ad supna se subleuantib'. uox fit sub firmamento.
quando aliqua de uisibilium natura. ordine. qualitate. subtilit
intelligit. uox aut fit de firmamento. q illorum supnorum spiritum
ineffabilia et eterna gaudia pensant. uox u sup firmamentum
fit. q aliquid de diuinitatis celsitudine ⁊ replando cognoscant.
de qua nihil ad plenum sicuti e comprehendere possit. stanti
& ultra pgredi nualentes. humilit alas contemplacionis depo
nunt. ⁊ eum que incomprehensibile ee intelligunt. obstupescunt.
obstupescentes ueneranti. ⁊ expauescit. expauescentes diligit.
diligentes. quandoq; sicuti e ⁊ spiciunt. Quia q idiuinita
tis ⁊ contemplacione dilecta deficit. quasi ia auolante dilectum
diu ⁊ seq nipotest. reuocat. ⁊ uit satte humanitatis sue sacra
mita quoqm reuelare dignetur implorat dicens. Reuertere
dilecte mi. similis esto capree. aut hinnulo ceruorum super
montes bethel. Acsi alius uerbis dicat. Quam diuinitatis
tue sublimitate pfecte cape nualeo. uidem enim nec pspe
culum in enigmate. satte ⁊ cede mihi humanitatis tue seru
tari & intelligere ueritate. ueritatis racione. racionis

utilitatem · Veritatem in fide · racionem in causa · utilitatem
in cause fine · Credim enim te hominem factum · hac ratione ut salua
res gen humanum · cui finis · uita eterna est · Sed ihu modi cause
actione · similis tuisti capree aut hinnulo ceruorum · qe de stirpe
patriarcharum nat · uelut ceruoe hinnulus · uelocit humane
salutis ordine dispensasti · Nam p quam p dicare cepisti · trib et
semis annis · ta celebris et mirabilis fuisti · negocii uniuersale
bonum pegisti · passus u cito p triduum surrexisti · p qd quinquaginta
dies celos ascendisti · talis q; excursus & recursus · fuit qsi capre
aut hinnuli ceruorum saluentis in montib. Sed iste excursus siue
recursus · tuus fuit sup montes bethel · id dom di · qe eccla
cui pfect & institucio agebat in excursu · recursu isto · sup
eiusd montes · h e aplos cetos q; seos p dicatores quasi uelox
hinnulus, pmpto tue gre numere cucurristi · quando eos
repentino sps sci aduentu docuisti · ut qd alii plonga tepore
spacia uix capere possunt · isti uno monito attingerent · Quo
enim uelocior potuit saltus tuus sup hos montes esse · quam
una hora omnium linguarum scientiam dare · Harum g rerum
omnium sacramenta cede ut intellega · intelligens in his meditari
ualea · ab his fide · ope n recedam · fide credendo · ope p posse
imitando · Similis enim es capree aut hinnulo ceruoe in corde
meo · quando ista dispensationis tue sacramenta reuoluo · qm
scilic ad hee instituenda · de celo in uterum uirginis · de utero
in crucem · de cruce in sepulchrum · de sepulchro denuo in celum ·
quasi quibdam saltib cucurristi · Similitudo autem ista m appa
ret sup montes bethel · h e inscriptis quas tenet · ueneratur
sca eccla · que uidelic scripte montes sti ppter altitudinem sensuum ·
qui continentur in eis excellentiib preceptoe diuinoe · siue ex sacra
mentis · reb sacramentoe · Sed quia tota uis dilectionis huius
utrum dilectum & dilectam · pendet ex fide ipsorum sacramentoe et
obseruantia diuinoe mandatorum · omissa intencione illa
querendi · qua dm in sui natam comprehendere uoluit · s; minime
potuit · cepit intendere qualiter dm p fide et iusticiam compre
hendere posset · Si enim iuxta iohis uocem · ds karitas est · fidem
u & iusticiam habere · dm e diligere · pfecto karitatem ista habe
est dm habere · Qd autem karitatem ista dicum · in omne illud

bonum · qd potest animo concipi · corde credi · ore confiteri ·
ope exercere. Hempe omne istud nemo sequitur bonum · nisi quia profecto
diligit dm · & nemo diligit dm · nisi quia hoc consequitur bonum · sicut paulo
supi positum est · dilectus mis m et ego illi · Hoc etenim bonum · quidam
est uia · que ducit ad meliora comprehendenda · cui uie terminus
& clausula · est illud indeficiens bonum · sicut uita eterna · Verum quia
ni parua difficultas est huiusmodi bonum inuenendi · diu sunt pe
pauci · qui profecto di karitate habeant · subdit dilecta · enarran
ordine ingressionis et inuencionis hui ni facile prouenentis.

Cap. 3. In lectulo meo pnoctes quesiui quem diligit anima mea · quesiui
illum et ni inuenn · Surgam et circuibo ciuitatem · per uicos
& plateas quaerm quem dilexit anima mea · Quesiui illum
& ni inuenn · Inuenerunt me uigiles · qui custodiunt ciuita
tem · Num quem dilexit anima mea uidistis. Paululum
cum pertransissem eos · inuenn quem diligit anima mea ·
Tenui eum nec dimittam donec introducam illum in domum
matris mee · et in cubiculum genitricis mee. In lectulo
nomine · requies et tranquillitas · mentis designari potest ·
quia dm a secularibus strepitu pcogitacionum quiescentem · subtilius
appetendi bonum qualitatem et modum inuestigare possumus ·
cum bonum finem intelligere · dm est inuenire · finem autem
dicimus · ni quod desinat esse · si quod profecto incipiat esse. In lectulo
quod suo dilecta dilectum quesiit · quando mirequie mentis
sue · bonitatis · et disciplinae · & scientie · recta regulam intelli
gere cupit. Si pnoctes quesiit · quia in subtilium rerum & sidaciorum
mentis oculus caligat · ne statim pse quod quesiit uidere pualeat ·
Vnde dilectum quem quesiit · minime inuenit · quia ipsa
difficultas intelligendi · quandam efficit moram inuenendi · Quid
quod agendum est. Profecto ut a illa quiete mentis in qua sola pprio
sensu iacet · surgat ad studium · requirendo etiam aliorum sensus · actio
nes · & scriptiones · ut quod pse intelligere ni pualet · ex illorum
dictis & scriptis percipiat · Hoc est enim ciuitatem circuire & pucos
& plateas dilectum querere · ecclam percurrere · & secundum doctorum
sentencias pquirere · plata & angusta gradientes inuestigare ·
et siqua eis uestigia secretatis sint & siderare · quia ni nuquam sela
res aliquid de bono ope habent quod sit imitandum · sicut et sci ·

qd' sit mirandu ⁊ etiã ppossẽ imitandu · Lata q̃ppe uia ẽ sclarũ · angusta scõ · q multi ſt q̃ plata · pauci ũ q̃ p angusta iam gradunt. Circueuntẽ aut ciuitatẽ ⁊ uicos ⁊ plateas · uigiles inuenium · q studiose inter ecclẽ doctrina inuestigantes histo riã q; g̃ est lata uia · quasi · q apta et ad intellegendũ facilis · allegoriã q; g̃ ẽ quasi angusta uia · q subtilis et ad intelligẽdũ difficilis · inspicientes · et si qua in eis fidei et opacionis utilia ac necessaria sint p̃quirentes · sci doctores sententiis suis et auctoritatib' occurrunt · atq; dilectũ quẽ querebat · intelle gere · ⁊ imitari cupientes ostendit. Vigiles nãq; dicuntur · de quib' dns die meuangl'o · Beati serui illi · q̃s cũ uenerit dns inuenerit uigilantes · Sci q̃ppe doctores · constituti · in corpore · uigilabant ⁊ adhuc uigilant · doctrina ⁊ opacione · siue ⁊ primorũ utilitati · corpore uero exeuntes · uigilant et uigilabit · scriptis et exemplis · in sui q̃dẽ remuneracione · in pr imorũ aut salutẽ. Qui indeliẽ uigiles custodiunt ciuita tem · q sci doctores · scam uniũsalem ecclam · testimonio ⁊ exemplo · suo · racionib' ⁊ auctoritatib' · ⁊ firmant et p̃tegunt · ⁊ scẽ fidi hostib' inexpugnabile faciunt. Tales q̃ uigiles dilecta ciuitabunda scisitat' dicens: Hum quẽ dilexit anima mea uidistis? Nũ mq̃t in uiris scriptis et gestis potestis ostendere ⁊ pbare · din uos ita dilexisse · ut sane uitã iam et doctrinã imitari · dilectũ sit inuenire. S; quia effectũ inuencionis · ñ elongat pseuerancia inquisicionis · sub iungit · Paululum cũ p̃transissem eos · inueni quẽ diligit anima mea. Cũ enim scõs patrũ facta et scripta aliq̃ndiu per transit legendo seu audiendo · tandẽ dilectũ inuenit in telligendo et imitari cupiendo. Quia ũ id qd' intellexerit · quasi inuentũ dilectũ · fide atq; ope obseruare delibera t · subsequit' dicens: Tenui illũ nec dimittã · donec inducã eũ in domũ matris meę · et in cubiculũ genitricis meę. Qd' aut' cũ desiderio et audiatate studiose quert' inuentũ cari habet' et forci tenet'. Vnde dilecta id ẽ sca anima · p̃q ecclam circueundo · et scõs patrũ dicta et facta frequenter inspiciendo · recte uiuendi seu docendi normã · quasi ipsũ din intelligens · dilectũ inuenit · si q̃dẽ recte uiuere ⁊ docere

est diu habere · tenet firmit̃ in memoria · nec dimittit donec
alius q̃; eu docendo · et agendo insinuet · ⁊ ita sensum pfidē
et dilectione introducat · n qd p hanc introductione tenere
illu desinat · s; qd alius q̃; hui gr̃e participiu exuirtute dif
fuse inse pspm sem karitatis · secu septi nalit̃ oferri cupiat.
Hā dictio ista donec · n pdeterminacione · s; psepitino posita ē
intelligi debet · acsi dicat · tadiu illu tenaci memorie com̃
dabo · meo illu · ⁊ aliorū sensiu inserendo · donec ita firmet̃
in nobis · fide · et actione · ut ultra a mte nra decidere non
possit · Loca aut introductionis hui · n̄ piitandu · qd absq; raci
one · ita distinete & differenti ponant̃ · h ē dom̃ matris · et cubi
culu genitricis · Cu enī unusitas ecclē ppt̃ diuisitatē sensiu
et studiorū · intria diuidat̃ · h est · in paruos · mediocres · ⁊ mag
nos · dom̃ q̃ de omis recipit · cubiculu aut n̄ omis · s; magnos
tantū · ⁊ q̃ aliq̃d specialitatis differenci ab aliis cōsequunt̃
dom̃ nāq; q̃ euidencior & amplior loc ē · in qua intantum
dnis · s; et tota familia intrat · public unusalis ecclē locus est.
cubiculu u q̃ dā singlaris · & quasi p̄uat in eccla loc · ad que
nullis · n̄ ecclastica dignitate · ⁊ ordine sublimatis · patet.
accessus · et intrit · quorū ē pfessio · specialit̃ do adherere.
Homina u relatiua · ut pat̃ et mater · que hoc qd sunt alioq;
semp dicunt̃ · trib modis accipiunt̃ · h est · nata · affectu · ad
opcione · Quorū p̄mo omisso · duo reliqui modi ad hui loci
matrē uel genitricē aptari possunt · Mat̃ enī cuiq; fidelis
est scā eccla affectu · ⁊ adopcione · qr ei que sibi pfide adopta
uerit in filiu · sce et uiste uiuentis · semp siui pandit affectum.
Et ut aliq̃d hic distinguam · dicam genitricē q̃; ei ē secdm
hoc qd eu generat · ad sce uite honestatē & utilitatē inform
mando · ⁊ el sacre scripture paginis instruendo · sic q; iuiru
pfectū uirtute & scientia · iuxta insura que adutrici pla
cet gracie educando · Introducit q̃ dilecta dilectū in domum
matris sue · quando dm que agnoscit fide & ope · sce matris
sue ecclē filius · h est paruus · mediocrib ⁊ magnis ostendit.
